



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Ad Deiparam Dominam Meam Epilogus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)

Ad Deiparam Dominam Meam
Epilogus.

CV M de statu sæculari, siue de Iudicio forensi &c. iura expendi, te o Regina misericordiae, necessario præ oculis habui vtiliori hominibus tribunali, vbi nullus damnationi addicitur. Misera fuit olim Iudæorum conditio, cum à Iabin Rege Chanaan opprimebantur. Ruit illius populi fortitudo nunquam fortasse erigenda, nisi à Debora totius Israël gubernatrice erigeretur *Cessauerunt fortes in Israël, & qui euerunt, donec surgeret debora, surgeret mater in Israël iudic. 5. n. 7.* Iudex erat Debora, & nihilominus mater dicebatur, & victrici palmae, sub qua Israël iudicabatur, pacificam oliuam charitatis indicem præferebat; quia promprior erat ad amandum, vt mater, quam ad puniendum, vt iudex; suumque imperium non rigore, sed amore temperabat. Verè Debera, quæ *Apis* interpretatur. Nam cum inter apes cætera omnes à natura aculeata efformentur: sola earum Regina aculeo exarmatur, seu saltem aculeo non vitur ad vindictam (D. Ambros. l. 6. *exam. c. 21.*) Quid Debora cum Maria? Princeps es o Virgo, non Israël tantum vt Debora: sed mundi totius, vt Sara, quæ propterea vetus nomen Sarai cum nouo nomine *Sacra* commutauit *Gen. 17. n. 15.* quia illud particulare dominium, hoc vniuersale significabat. Vnde *Maria* interpretatur *Dominica*. Rupertus *Cant. 4. coronaberis, O Virgo, vt in calis Regina sanctorum, & in terris Regina sis Regnorum.* Igitur quæ potestate eras hominum Regina, charitate voluisti Mater hominum appellari. Verè Mater vt Debora, nec minus *Apis* non solum, quia in aluo tanquam in aluæo composuisti ac constituisti Christi Domini corpus tanquam fauum: sic enim appellat Dauid iuxta Græcam translationem *Circundederunt me sicut apes fauum Psal. 117. n. 12.* Sed etiam quia sicut apum Regina expers erat aculei, & in homines totam exuebas seueritatem, solam charitatem induebas.

Laus Dec, Deiparae, Iosepho, Ignatio, Antonio.

INEDX